

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]

Ebdomada V ante natale Domini: Evangelienlesung nach Iohannes; beatus Augustinus: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)

c Sermo beati leonis papae
 ci Item cuius supra sermo alius
FIRIA QUARTA.
 cii Sermo beati leonis papae
 ciii Sermo beati leonis papae de eod die
INCENADNI.
 ciiii Sermo beati leonis papae
 Item euang eiusdem diei scilicet ioh
 Ante diem festam pasche sciens ihu
 quia uenit hora eius
 Omne uenerabit beatae prbi decem l & t
IN PARASCIVE
 cvi Sermo beati leonis papae
 cvii Item cuius supra sermo eiusdem
IN SABBA TO SCO.
 cviii Sermo beati leonis papae
 cxiii Item cuius supra alius
 cx Item tertius sermo cuius supra

EXPLICIUNT CAPITULA



**EBDOM VAN
TE NATI DNI**

**LECTIO SCI EUANG
SECUNDUM IOHAN NEM;**

In illo tempore. **C**um subleuasset
 oculos ihu & uidisset quia multitudo
 maxima uenit ad eum. dicit ad philippu
 Vnde ememus panes. ut manducent hi. Et rt.
OME BEATI AVG DE EA D LECT

**MIRA
CVLA
QVAE
FECIT
DÑS**

NOSTER IHS XPS.
 sunt quidem diuina opera. & ad in
 tellegendam diu. De inuisibilibus
 ammonent humanam mentem.
 Quia enim ille non est talis substan
 tia quae uideri oculis possit. et
 miracula eius. quibus totum mun
 dum regit. uniuersamq; creaturam
 administrat. assiduitate uiluer.
 ita ut pene nemo dignetur ad ten
 dere operadi mira ac stupenda. in
 quolibet seminis grano. Secunda
 ipsam suam misericordiam
 seruaat sibi quaedam quae
 faceret oportuno tempore. praeter
 usitatum cursum ordinemq; nature.
 ut non maiora. sed insolita uidendo
 stuperent. quibus cotidiana uila
 erant. Maius enim miraculum
 est gubernatio totius mundi. qua
 saturatio quinque milium hominu
 de quinque panibus. Et tamen haec
 nemo miratur. Illud mirantur

homines non quia manifestum est sed quia rarum est. Quia enim & nonne patet uniuersum mundum nisi ille quid paucis granis segetes creat. Fecit ergo quomodo dicitur. Unde enim multiplicat de paucis granis segetes. Inde in manibus suis multiplicauit quinque panes. Potestas ei erat in manibus xpi. Panes autem illi quinque quasi semina erant. non quidem terrae mandata. sed ab eo qui terram fecit multiplicata. Hoc ergo animo motum est sensibus. quo et rigetur mens. Et exhibitum oculis. ubi exercetur intellectus. ut inuisibilem deum per uisibilia opera miremur. Et erecti ad fidem. et purgati per fidem. etiam ipsum inuisibiliter uidere cuperemus. quem de rebus uisibilibus inuisibilem nosceremus. Nec tamen sufficit haec intueri in miraculis xpi. Interrogemus ipsa miracula. quid nobis loquantur de xpo. Habent enim si intellegantur lingua suam. Nam quia ipse xps uerbum dei est. etiam factum uerbi uerbum nobis est.

III Hoc ergo miraculum sicut audiuius quam magnum sit. quaeremus & iam quam profundum sit. Non tantum eius superficie delectemur. sed etiam altitudinem per scrutemur. Habet enim aliquid intus. hoc quod

miremur foris. Vidimus. expectauimus. magnam quiddam. praedarum quiddam. Et omnino diuina. quod fieri nisi adu non possit. Laudauimus defecto factorem. sed que admodum sicut teras pulchras alicubi inspiceremus. Non nobis sufficeret laudare scriptoris articulum. Quam eas pariter decoras fecit. nisi & iam legeremus. quid nobis per illas indicauerit. Ita factum hoc qui tantum inspicit. Delectatur pulchritudine facti. ut ammiraretur artificem. Qui autem intellegit. quasi legit. Alter enim uidetur pictura. alter uidentur litterae. Picturam cum uideris. hoc est totum uidisse laudasse. Litteras cum uideris. non hoc est totum. Quo commoneris & legere. Et enim dicis. Cum uideris litteras. si forte non eas nosti legere. Quid putamus esse quod hic scriptum est. Interrogas quid sit. cum iam uideas aliquid. Aliud tibi demonstratus est. a quo quaeris agnoscere quod uidisti. Alios ille oculos habet. alios tu. Nonne similiter apices uidetis. sed non similiter signa cognoscitis. Tu ergo uides & laudas. ille uidet. laudat. et legit & intellegit. Quia ergo uidimus. quia laudauimus. legamus & intellegamus.

IIII Dns in monte. multo magis intellegamus. quia dns in monte. uerbum est in alto. Proinde non quasi humiliter iacet.

quod in monte. Nec transeunter prae-
ter eundem est. sed suscipiendum. 7
Turba uidit. esurientes agnouit. mi-
sericorditer pauit. 7 Non solum pro
bonitate. Verum & iam pro potestate. 7
Quid enim sola prodesse & bonitas. ubi
non erat panis. Unde turba esuriens
pascere tur. 7 Nisi bonitati adesset
potestas. ieiuna illa turba et esuriens
remaneret. 7 Denique & discipuli qui
erant cum dno infame & ipsi turbas uo-
lebant pascere. ut non remanerent
inanes. sed unde pascere non habo-
bant. 7 Interrogauit dñs. Unde eme-
rentur panes ad turbas pascendas. Et
ait scriptura. Hoc autem dicebat
temptans eum. discipulum scilicet phi-
lippum quem interrogauerat. Ipse enim
sciebat quid esset facturus. Cui ergo
bono temptabat. nisi quia ignorantia
discipuli demonstrabat. Et forte
in demonstratione ignorantiae discipu-
li. Aliquid significauit. 7 Apparebit
ergo cum ipsum sacramentum de quin-
que panibus coepit nobis loqui. Et
quid significet indicare. 7 Ibi enim ui-
debimus. Quare dñs in hoc facto igno-
rantiam discipuli uoluit interrogan-
do. quod sciebat ostendere. 7 Nam
interrogamus aliquando quod nescimus.
Audire uolentes ut discamus. Aliquan-
do interrogamus quod scimus. scire
uolentes. utrum & ille sciat. quem
interrogamus. 7 Vtrumque hoc no-

uerat dñs. Et quod interrogabat scie-
bat. 7 Quid esset enim facturus ip-
se nouerat. Et hoc nescire philippum
sciebat similiter. 7 Quare itaque
interrogabat. nisi quia illius igno-
rantiam demonstrabat. Et hoc quare
fecit. ut dixi post intellegimus.
Andreas ait. 7 Est hic puer quidam
qui habet quinque panes & duos pisces.
sed haec quid sunt tectantur. Cum
dixisset. philippus interrogatus.
ducentorum denariorum panes non
sufficere. quibus tanta illa turba
resiceretur. 7 Erat ibi quidam puer
portans quinque panes ordeacios &
duos pisces. Et ait dñs. 7 Facite homi-
nes discumbere. 7 Erat autem ibi
multum faenum. Et discubuerunt
ferme quinq; milia hominum. 7
Acceptit autem dñs ihs panes gratias
egit. iussit. fracti sunt panes. positi
ante discumbentes. 7 Non iam quin-
que panes. sed quod adiecerat qui cre-
uerat. quod actum erat. et de piscibus
quantum sufficiebat. 7 Parum est
turbam illam fuisse satiatam. etiam
fragmenta residerunt. & ipsa colligi
iussa sunt ne perirent. Et impleue-
runt duodecim cosinos fragmento-
rum. 7 Breuiter ut curramus. quin-
que panes intelleguntur. quinque
libri moysi. merito. non triticea
sed ordeacia. quia ad uetus testamen-
tum pertinent. 7 Notus autem

hordeum ita creatum. ut ad medullam eius uix perueniatur. Vestitur enim eadem medulla tegmine paleae. & ipsa palea tenax & inherens utcum labore & uatur. Talis est littera ueteris testamenti. uestita tegminibus carnalium sacramentorum. sed si ad eius medullam perueniatur pascit & satiat. Ferebat ergo quidam puer quinque panes & duos pisces. Si quaeramus qui fuerit puer iste. forte populus israhel erat. sensu puerili. portabat. nec manducabat. Illa enim quae portabat clausa onerabant. aperta pascebant. Quo autem pisces. Uidentur nobis significare duas illas in ueteri testamento sublimes personas. quae ungebant ad populum sanctificandum & regendum sacerdotis & regis. & ipse in misterio uenit aliquando qui per illas significabatur. Uenit aliquando qui per medullam hordei ostendebatur puer. palea uero ordeis occultabatur. Venit ipse unus. utramque personam in se portans sacerdotis & regis. Sacerdotis per uictimam quam se ipsum obtulit pro nobis deo. Regis. quia regimur ab eo. et aperiantur quae clausa portabantur. Cratias illi. impleuit per se. Quod per uetus testamentum promittebatur. & frangi iussit panes. frangendo multiplicati sunt. Nihil uerius. Quinque enim illi libri moysi.

quam multos libros cum exponantur. tanquam frangendo. id est differendo fecerunt. Sed quia in illo ordeo ignorantia primi populi tegebatur. de quo primo populo dictum est. Quam diu legitur moyses. uelamen supra corda eorum positum est. Nondum enim ablatum erat uelamen. Quia nondum uenerat xps. Nondum uelam templi fuerat illo in cruce pendente conscissum. Quia ergo ignorantia populi erat in lege. propter ea temptatio illa dñi. ignorantiam discipuli demonstrabat. Nihil igitur uacat. Omnia innuunt. sed intellectu rem requirunt. Nam & ipse nomen pastus populi. populum significabat sub lege constitutum. Carenti quinque milia erant. nisi quia sub lege erant. quae lex quinque libris moysi & plerumque. Unde & illis quinque portibus languidi prodebantur. non sanabantur. Ille autem ibi curauit languidum. Qui et hic turbas de quinque panibus pascit. Nam & supra faenum discumbebant. Carnaliter ergo sapiebant. & in carnalibus quiescebant. Omnis enim caro faenum. Quae sunt etiam illa fragmenta. nisi quae populus non potuit manducare. Intelleguntur ergo quaedam secretiora intelligentiae. quae multitudo non potest capere. Quid ergo restat. nisi ut secretiora intelligentiae. quae

non potest capere

multitudo illis credantur qui idonei
sunt & alios docere sicut erant apos-
toli unde duodecim eo fini imple-
ti sunt. Factum est hoc & mirabi-
liter quia magnum factum est
& utiliter quia spiritale factum est.
Qui tunc uiderunt ammirati sunt.
Nos enim non miramur cum audiu-
mus. Factum est enim ut illi ui-
derent. Scriptum est autem ut
nos audiremus. Quod illis oculi ua-
luerunt hoc in nobis fides. Cer-
nimus quippe animo quod oculis non
potuimus. Et praelati illis sumus
quod de nobis dictum est. Beati qui
non uident & credent. Adde autem
quia forte intelleximus. Quod illa ^{turba}
non intellexit. Et uere nos pas-
sumus qui ad medullam hordei
peruenire potuimus.
Denique homines illi qui uiderunt
quid putauerunt. Illi inquit homi-
nes cum uidisset quod fecerat signu-
dicebant. Quia hic est uere propheta.
Forte adhuc ideo prophetam
xpm putabant qui super faenum
discumbebant. Erat autem ille dñs
proph&arum impletor proph&arū
scificator proph&arum sed & pph&a.
Nam & moysi dictum est susertabo
eis proph&am similem tui. Simi-
lem secundum carnem non secundum
maiestatem. Et de ipso xpo illam
dñi promissionem habere intellectu.

In actibus apostolorum exponitur
& legitur. Et ipse dñs desce ait. Non
est propheta sine honore nisi in patria
sua. Propheta dñs et uerbum dñi
& nullus proph&a sine uerbo dñi prophe-
tat. Cum propheta uerbum dñi et
proph&a uerbum dñi. Meruerunt
priora tempora prophetas afflatores
& impletos uerbo dñi. Meruimus nos
prophetam ipsum uerbum dñi. Sic
autem propheta xps dñs prophetarū
sicut angelus xps dñs angelorum.
Nam et ipse dictus est magni consilii
angelus. Verumtamen alibi quid
dicit proph&a quia non legatus neq;
angelus sed ipse ueniens saluos faciet
eos. Id est ad saluos faciendos eos.
Non mittit legatum non mittit ange-
lum sed ueniet ipse. Quis ueniet &
ipse angelus certe non per angelum.
Nisi quia iste sic angelus ut etiam dñs
angelorum. Et enim angeli lati-
ne nuntii sunt. Si xps nihil adnun-
tiar& angelus non diceretur. Si xps
nihil proph&ar& proph&a non dice-
retur. Exortatus nos ad fidem et
ad capeffendam uitam eternam aliquid
psens annuntiauit aliquid futurum
pdixit. Ex eo quod psens annuntiauit
angelus erat. Ex eo quod futurum
pdixit propheta erat. Ex eo quod
uerbum dñi caro factum est et angelo-
rum & prophetarum dñs erat.